

calce & cemento nō modo ceteris ædificiis præstat firmitates, sed etiam moles quæ cōstruuntur in mari, sub aqua solidescunt. Hoc autem fieri hac ratione uideatur, q̄ sub his montibus & terra, feruentes sunt fontes crebri, q̄ nō essent, si nō in imo haberēt aut de sulfure aut alumine aut bitumine ardentēs maxios ignes. Igitur penitus ignis & flāma uapor p̄ interuenia p̄manans & ardens efficit leuē eam terrā, & ibi q̄ nā satur tophus exurgens est, & sine liquore. Ergo cum tres res cōsimili ratione ignis uehementia formatae in unam peruenerint mixtionem, repente recepto liquore unā cohærescunt, et celeriter humore duratae solidantur, neq; eas fluctus, neq; uis aquæ pōt dissoluere. Ardores autem esse in his locis etiam hæc res potest indicare, q̄ in mōtib; ammanorum & batianis sunt loca sudatiōibus excauata, in quibus uapor feruidus ab imo nascens ignis uehementia perforat eā terram, per eamq; manando in his locis oritur, & ita sudationum egregias efficit utilitates. Non minus ēē memoratur antiquitus creuisse ardores & abundauisse sub uesuuio mōte. & idē euomuisse circa agros flammam, Ideoq; nunc qui spongia siue pumex pompeianus uocatur, excoctus ex alio genere lapidis in hanc redactus esse uidetur generis qualitatē, Id autē genus spongiæ, quod inde eximitur, non in omnibus locis nascitur, nisi arcum ætnam & collibus mysiæ, q̄ a grecis κατὰ ἐξ αὐμῆνοι nominantur, & siquæ eiusmodi sunt locorum proprietates. Si ergo in his locis aquarum feruentes inueniuntur fontes, & in mōtib; excauatis calidi uapores, ipsaq; loca ab antiq̄s